



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani**

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

**Gavanti, Bartolommeo**

**Antverpiæ, 1634**

De Duplici. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40262**

#### 4 Comment in Rubr. Missalis. Pars I. Tit. I. II. & III.

obtulit in pane azymo, in Cœnaculo Sion. Eadem docet Pamelius Tom. 1. Liturg. Eccles. Latine. neque dicas, Iacobum celebrasse primam, de Consecrat. d. 1. cap. Iacobus, ex Synodo Sexta; quia Petrus ordinem præscripsit, Iacobus euulgauit: quomodo

conciliat Scriptores Vnalden. lib. de Sacrament. tit. 12. cap. 28. & de Petro absolutè docent Clem. Epist. 2. Isidor. libro 1. de Offic. cap. 13.

e De Feste Duplici, &c. ] Quid sit Festum Duplex, &c. dicemus cùm de Rubricis Breuiarij.

#### De Duplici. I.

A.  
De concordan-  
tia eam officio  
I - IV.

**M**issa dicitur de Duplici illis diebus, quibus in Kalendario ponitur hac nota, Duplex, & in Festis mobilibus, quandocumque Officium est Duplex. In Duplicibus dicitur <sup>f</sup> una tantum Oratio, nisi aliqua commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, ut in proprijs Missis assignatum est. Quando dici debeat Gloria in excelsis, & Credo, inferioris ponitur in proprijs Rubricis.

<sup>f</sup> Una tantum Oratio.] Vide infra tit. 9. de Orationibus, cur una tantum.

#### De Semiduplici, & Simplici. II.

**M**issa de Semiduplici dicitur, quando in Kalendario ponitur haec vox, Semiduplex. Præterea in Dominicis, & diebus infra Octanas. In Semiduplicibus non Festis, quam dominicis, & infra Octanas dicuntur plures Orationes, ut infra dicetur in Rubrica de Orationibus. <sup>g</sup> Infra Octanam dicitur Missa sicut in die Festi, <sup>h</sup> nisi propriam Missam habuerit: in Dominicis vero, sicut in proprijs locis assignatur. De Simplici dicitur Missa sicut de Semiduplici, ut suis locis ponitur.

<sup>g</sup> Infra Octanam.] Octana namque est eiusdem Festi prorogatio, teste Radulpho Tungreni de Canonum obseruat. Propos. 19.

<sup>h</sup> Nisi propriam Missam habuerit.] Ut infra Octanas Pascha, Pentecosten, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli accidit.

#### De Feria, & Vigilia. III.

<sup>i</sup> **M**issa de Feria dicitur, quando non occurrit Festum, vel Octana, vel Sabbatum, in quo fiat Officium B. Mariæ. In Ferijs tamen Quadragesima, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiam si Duplex, vel Semiduplex Festum, <sup>i</sup> vel Octana occurrat, in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis <sup>k</sup> cantantur due Missæ, una de Festa post Tertiam, alia de Feria post Nonam.

Missæ